


05

A

449





EXERCITATIO THEOLOGICA
De
PRÆSCIENTIA,
ET PRÆDESTINA-
tione fidelium

PRIMA,
Calvinianis opposita,

PRÆSIDE
JOHANNE SCHARFIO, THEOL.
Doctore P. P. & p. t. Colleg. Philosoph.
DECANO,

Respondente,
M. ADOLPHO JOHANNE LANGERMANNO,
Hagâ - Schaumburgico,
placide ventilationi

exposita,
In auditorio Colleg. Veteris,
Ad diem 9. Februar. horis matutinis.

✻[†]✻

WITTEBERGÆ,
Ex Officinâ typographicâ JOHANNIS HAKEN.

ANNO M. DC. XLIIX.

BRAESCHENIA

JOHANNES BRADDESTINA

MONTE

PRIMA

CHIVITIA



JOHANNES

ADOLPHUS

50 A 449

ADOLPHUS

ADOLPHUS

ADOLPHUS

ADOLPHUS

ADOLPHUS

ADOLPHUS





PROOEMIUM.

Profligatissima & perditissima hæresis ea est, quæ de absolu-
tâ Dei Prædestinatione ac Reprobatione superiore seculo à
Johanne Calvino suscitata denuò, & in illis ipsis locis, ubi
non semel sopita antè, nec non subinde damnata fuerat, ex
Orco quasi temerè revocata est, indeque à turbâ Calvinistarum
hodieque non sine maximo Ecclesiarum Evangelicarum damno
fervidè atque contentiose agitur. De quâ bono cum Deo dis-
quisituri operam dabimus quàm diligentissimam, ut tum origi-
nem errorum Calvinisticorum prodamus, & breviter indice-
mus, tum ipsarum controversiarum capita ordine producamus
atq; discutiamus.

Th. I. Contentio de absolutâ Prædestinatione & Repro-
batione gliscere jam olim cæpit, atq; increbrescere magis
magisq; seculo quinto nati Salvatoris, postquam adversus Pela-
gium, ejusque sectatotes de Libero Arbitrio, Gratiâ Dei, & Præ-
destinatione acriora invaluerant certamina. Cujus sive autho-
res, sive divulgatores & propugnatores, nuncupati fuerunt *Præde-*
stinatiani, hæretici Prædestinati, eò quod docerent, Christum pro
solis Prædestinatis mortuum esse, Deumq; absolutè quosdam ad
vitam, quosdam ad mortem destinasse, adeoque hominibus, nec
prodesse bonorum operum studium, si à Deo ad mortem prædesti-
nati fuerint, nec nocere ijs scelera vitæ, qui semel prædestinati
sunt ad vitam.

Th. II. Crassissima certè, blasphemâ, & perniciosissima hære-
sis. Quam notant *Arnobius in comment. sup. Psalmos* (posterior si-
ve Junior Arnobius, aut quisquis autor illius commentarij fuerit)
de quo verè testatur Bellarm. in censurâ scriptorum Arnobij, quod
hæresin Prædestinatorum refellat, *Faustus lib. 2 de Libero Arbitrio*
cap. 14. & 16. quem cum Arnobio conjungit, citatque *Maldonatus*
in comment. sup. Matth. cap. 20. Porro *Gennadius Massiliensis in Ap-*

pendice ad Hieronymi Indiculum de hæresibus, cujus meminit Alstedius in chronologiâ Historicorum, Sigebertus in Chronico ad Annum Christi 415. Antoninus volumine secundo Titulo decimo cap. 10. S. 8. Vincentius lib. 19. Historia Magdeburgenses centuriâ V. cap. 5. p. 620. Et inde Osiander in Historiâ Ecclesiasticâ centuriâ V. lib. 1. c. 27. p. 210. Calvisius in opere Chronologico ad A. C. 490. p. 615. & nuperri-
mè totam hanc Historiam egregiè recenset, atq; contra Johannem Forbesium a Corsè Calvinistam masculè tuctur, vindicatque Archiepiscopus Armachanus Jacobus Usserius, in suâ nuper editâ de Godeschalco Historiâ cap. 2.

Molinæus
de Præde-
stinatia-
nis.

Th. III. Nec diffiteri potest Petrus Molinæus in Anatome Arminianismi, qui tantum abest, ut neget hæresin Prædestinatianorum, aut eam velo aliquo seu colore palliare conetur, ut potius de eâ ingenuè sic scribat: *Augustino è vivis sublato ejus scripta de Prædestinatione & Gratia, & Libero Arbitrio varie à variis accepta sunt. Hic morbus præcipuè Aquitaniam exercuit. Inter has contentiones emerfit hæresis Prædestinatorum, cujus meminit Sigwartus Chron. ad An. 415. qui docebant nihil prodesse studium bonorum operum homini reprobo; nec vicissim posse obesse scelera homini electo, quantumcunq; libidini, gulæ, rapinæ indulgeat. Hoc errore imbutus fuit Lucidus quidam Presbyter Aquitaniæ, ad quem extat Fausti Regiensis Episcopi Aquitaniæ epistola, cui subscripta sunt nomina undecim Episcoporum Concilij Arelatensis. In hac Epistolâ Anathema dicitur illis, qui dicunt, Christum pro omnibus non esse mortuum; Tum iis, qui dicunt, Deum nolle omnes homines salvos fieri. Quod sane à Fausto verè esse prolatum, & juxta Catholicam Fidem Synodus Arelatensis merito judicavit. Hæc Molinæus, Episcopus Parisiensis, verè ac ingenuè.*

Prædesti-
natorum
hæresis
damnata.

Th. IV. Sed & ea Prædestinatianorum hæresis impugnata fortiter fuit atq; repressa, tum in Africâ primùm, tum postea in Franciâ, eodem tempore, quo hæresis Nestoriana sub Cælestino Papâ, cujus autoritate & S. Prosperi vigilantia solidè fuit convicta: Tandem in Concilio Arausicano secundo damnata penitus, in quo tempore Leonis M. circa A. C. 440. Prædestinatianis illis hæreticis Canone 25. Anathema dicitur: Aliquos, scribunt Pa-
tres

tres illius Concilij, ad malum divina potestate predestinatos esse non solum non credimus, sed etiam si sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione, in illos Anathema dicimus.

Th. V. Porro eundem errorem, hactenus suppressum, circa Moguntiam propagare conatus fuit Lotharij tempore, seculo IX. circa A. C. 849. Bega quidam Godeschalcus, qui ut Hinemarus ad Nicolaum Papam perscribit, ex Veteri Prædestinatianorum hæresi virus noxiæ doctrinæ hausit, indeq; paulò audacius docuit: *Deum non velle omnes homines salvos fieri, sed duntaxat eos, qui salvantur. Nam si omnes non salvantur, quos Deus vult salvari, non omne fieret, quod voluit. Quod si velit id, quod nõ potest facere, non est omnipotens sed infirmus & impotens. Attamẽ omnipotensest, quia fecit omne, quod voluit, testante scripturâ: omnia, quaecunq; voluit Dominus, fecit in celo, in terrâ. Item cuncta Domine, Rex omnipotens, in ditione tuâ sunt posita, & non est qui tua resistere potest voluntati. Si decreveris salvari nos, illicò liberabimur. Item Quod Jesus Christus Dominus noster & Salvator non fuit crucifixus, neq; mortuus est pro Redemptione totius mundi, i. e. pro redemptione & salute omnium hominum, sed tantum pro his, qui salvantur. &c.*

Th. VI. Hujus Godeschalci Errores prolixè recensent Hinemarus Rhemensis Episcopus in lib. adversus Prædestinatianos; itemq; Remigius Lugdunensis in lib. contra tres Epistol. trium Episcoporum Gallia, ut notat Maldonatus in Cõment. Sup. 20. Matt. Aventinus, Sigebertus, Authores Centuriarum Magdeburgensium, Salomon Gesnerus in Historiâ Conciliorũ, Lucas Osiander Centuriâ IX. hist. Eccles. ad A. C. 849. Chronicon Hirsaugiense, Lupoldus Bebenburgensis, Calvisius in opere Chronologico ad A. 848. alijq;. Notabile est, quod Rabanus Maurus, Abbas Fuldensis & postea Episcopus Moguntinus in Epist. ad Everh. Comitem de Godeschalco scribit: *Divulgatum in his partibus constat; quendam sciolum apud vos manere, qui dogmatizet, quod Prædestinatio Dei omnem hominem ita constringat, ut etiamsi quis velit salvus fieri, & pro hoc Fide rectâ atq; bonis operibus certet, ut ad vitam æternam, per Dei gratiam, veniat, frustra & incassum laboret, si non est predestinatus ad vitam, quasi Deus Prædestinatione sua cogat hominem interire,*

interire, qui author est salutis nostra, non perditionis. Etiam hinc multos in desperationem suimet hæc secta perduxit, ut ita dicant: Quid mihi necesse est pro salute meâ & vitâ aternâ laborare? quia si bonum fecero, & prædestinatus ad vitam non sum, nihil mihi prodest: si autem malum egero, nihil mihi obest: quia Prædestinatio Dei me facit ad vitam aternam pervenire. Hæc traditio multis, in illis partibus, scandalum est, & prædicatoribus Evangelij homines inobedientes facit, quia jam desperantes de semetipsis eos reddidit. Dicitur enim ipse Doctor vester multa testimonia excerpisse de opusculis beatissimi & doctissimi Patris Augustini, quibus nititur suam sententiam affirmare: cum memoratus Pater & Doctor Catholicus contra Pelagianos scribens, qui gratiæ Dei contrarij prædicatores fuerant, defensor ejusdem gratiæ, non destructor rectæ fidei fuerit. Hæc ille.

Gode-
schalci hæ-
resis da-
mnata.

Th. VII. Pessima certè & nefanda prorsus dogmata sunt, quæ Orthodoxi Ecclesiæ Doctores summo studio reprimere ac profligare contenderunt. Opposuerunt se Godeschalco, modò laudati viri, Rabanus Maurus, qui tantæ eruditionis fuisse celebratur, ut nec similem Italia, nec parem Germania habuerit, referente Alstedio in Chronol. S. Patrum p. 436. Hincmarus, nec non Lupus Servatus, qui annos non paucos in refutandis illis Erroribus consumserunt. Convocata est Synodus Moguntina, in qua damnatus fuit Godescalcus hæreticus, cum errorem corrigere nollet, exterminatur, & mittitur ad Hincmarum, Episcopum Rhemorum, unde oriundus erat, prius præstito juramento, quod in Franciam Orientalem, regnum Ludovici, non esset unquâ reversurus, ut testatur Aventinus in Annalibus. Convocata rursus & celebrata est Synodus Valentina à Carolo Calvo, Rege Galliæ, in quo iterum Godeschalci Scoti errores de Prædestinatione damnati sunt, ut ex Tomis Conciliorum refert Calvinus in chronologicis de tempore Lotharij circa A. C. 855.

Th. VIII. Veruntamen fieri non potuit, quin virus illud in Galliâ & Belgio, vicinisque oris subinde sparsum, continuò serperet, usque ad tempora Zwinglij, Bucerij, & Johannis Calvinij, qui audacter scripserunt Deum homines plurimos absolutè destinasse interitui: creasse eum in finem, & præordinasse, ut in aeternum perirent. O blasphemiam

blasphemiam hominū! Paræus in commentario sup. Cap. 9. Rom. in quæst. p. 884. fatetur ita docuisse Calvinum, Bucerum, Zanchi-
um &c. nempe *Deum sine respectu peccatorū absoluta voluntate repro-*
basse & destinasse ad interitum, quos voluit. Attende quos voluit, ex
absoluta voluntate, quam comminiscuntur Calvinistæ. Hinc lis
& contentio ista de absolutâ Prædestinatione recrudescere denuo
cæpit, & ab eo tempore adeo invaluit, ut hodieque in illis præ-
cipue locis, ubi primum ac subinde suppullulare consueverat olim,
grassetur atrociter, nec non virulenter atque vehementer agite-
tur, indeque hæresis Prædestinatianorum toties profligata hæc-
tenus atque damnata, longè lateque dominetur.

Th. IX. Nimirum dictus Calvinus hanc causam nefario pro-
fus ausu ita aggressus est, ut horrenda & portentosa dogmata
de *absoluta Prædestinatione* spargere, ac palam divulgare non dubi-
taverit. Quin & horribile, quod agnoscit ipse, *Reprobationis decre-*
tum conatu maximo prodidit, atq; furiosè propugnavit. Auda-
cter scribit ille lib. 3. Instit. Theol. cap. 21. §. 5. p. 327. *Non pari*
conditione creantur omnes, sed aliis vita æterna, aliis damnatio æter-
na præordinatur: Itaq; pro ut in alterutrum finem quisq; conditus est,
ita vel ad vitam vel ad mortem prædestinatum dicimus. Quam Præ-
destinationem Dei absolutam adeo facit ille, ut in solo Dei decre-
to, tanquam in primâ causâ, omnia necessitante, resideat tota.
Libro citato cap. 23. §. 1. *Quos, inquit, Deus præterit, reprobat,*
neq; aliâ de causâ, nisi quod ab hereditate, quâ filiis suis prædestinat, il-
los vult excludere. Item p. 335. *minimè consentaneum est, præpara-*
tionem ad interitum aliò transferre, quàm ad arcanum consilium Dei.
Porro ibid. §. 4. scribit: *Fateor sanè in hanc, quâ nunc illigati sunt,*
conditionis miseriam, Dei voluntate decidisse universos Filios Adam,
atq; id est, quod principio dicebam, redeundum tandem semper esse
ad solum divinæ voluntatis arbitrium, cujus causa sit in ipso abscondi-
ta. Addit porro §. 7. ibid. *Decretum quidem horribile, fateor:*
iustificari tamen nemo poterit, quin præsciverit Deus, quem exitum ha-
biturus esset homo, antequam ipsum conderet, & ideo præsciverit, quia
decreto suo sic ordinârat. Unde concludit tandem, Voluntatem Dei
esse rerum necessitatem: atq; id necessariò futurum esse, quod ille vo-
luerit.

Calvinus.

luerit: quemadmodum ea verè futura sunt, quæ præviderit. Sic filij A-
dam perpetua calamitati adducti sint; sic eterno iudicio, morti destinati
sint, ad quam à suâ naturâ sponte se perducere, velint, nolint, ipsi sen-
tiant. §. 3. Quæ omnia dictis locis, & passim, alia horridiora
perscribit, inculcatq; Calvinus.

Th. X. Et hæc lerna malorum est, hæc origo atrocissimorum
errorum, qui catervatim quasi inde profultarunt, quos ut cave-
remus sedulo, jam suo seculo benè graviterque monuit Dn. Philip-
pus Melanchthon in Locis commun. de Prædestinatione circa fi-
nem. Romoveamus, inquit, à Paulo Stoicas disputationes (de Deo se-
dente in cælis, & scribes fatales leges, quasi in tabulis Parcarum.)
quæ fidem & invocationem evertunt. Quomodo enim potest Saul
credere & invocare, cum dubitat, promissionem ad se pertinere, aut
cum obrepit in illa tabula Parcarum? Jam decretum est te rejiciendum
esse, non es scriptus in numero electorum &c. Adversus has imagina-
tiones discamus voluntatem Dei ex evangelio, agnoscamus promissio-
nem esse Universalem, ut Fides & Invocatio accendi possit. Hoc pro-
fectò necessarium valde est, & hoc loco vel imprimis observan-
dum.

Th. XI. Cæterum ut ad rem ipsam accedamus propius, per-
lustranda singulatim sunt errorum atq; certaminum capita, quæ
ex Prædestinatianorum hæresi, & horrendis Calvinii dogmatibus
de absolutâ Prædestinatione, tanquam ex equo Trojano certatim
profilierunt. Ingentia inde se produnt disceptantium agmi-
na. Et quidem, quod mirum, omniosum ac fatale esse videtur,
vario molimine, ita ut in diversa prorsus, nec non contraria sub-
inde scindantur studia, quibus portentosa Calvinii dogmata par-
tim tutari proterve, ac propagare pertinaciter, partim insidiosè
interpolare, incrustare, pictisq; ac fucatis coloribus emollire co-
nantur. Quorum opiniones & contentiones, ut rectius intelli-
gantur, totam hanc causam ordine pertractabimus, ita ut primò
de Terminis in præsentis negotio occurrentibus, quædam præmo-
neantur. Secundo ac deinceps ordinem docendi ac tractandi, quem
hîc observari convenit, præoccupemus. Tum denique tertio
in ipsius rei sive Prædestinationis Naturam, Causas & modum inqui-
ramus,

venimus, nec non consecutaria sive consequentia, & Effectus ejus sub-
nectemus.

Th. XII. Termini, quibus proponi & explicari solet præfens
materia, sunt *προγνωσις præscientia Dei: ἔσλη voluntas, εὐδοκία be-
neplacitum, προθεσις propositum, consilium, decretum Dei: προ-
ορισμός Prædestinatio & Electio.* Qui ut ante omnia præcogno-
scantur rectius, nec non suo modo sive pro re natâ, distinguantur
commodè, necessum omninò est. Sic verò Scriptura S., unde
tota hæc causa derivanda unicè est, atq; dijudicâda, hac de re loqui-
tur: *Quos Deus præscivit, προέγνω, eosdem & prædestinavit, προώρι-
σε, ut conformes fiant imagini Filij sui. Rom. VIII. v. 29.* Item Deus
non abjecit populû suû, quem *præscivit, προέγνω Rom. XI. v. 2.* De-
us nos elegit in Christo ante mundi constitutionem, qui prædesti-
navit, *προορίσας* nos in adoptionem filiorum per Jesum Chri-
stum in ipsum, *secundum propositum voluntatis suæ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν
τῆς θελήματος αὐτῆς Eph. 1. v. 5.* patefacto nobis mysterio Volunta-
tis suæ *κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτῆς secundum beneplacitum ejus*, quod
proposuerat in ipso. *ibid. v. 9.* in quo etiam electi sumus, cum ef-
semus prædestinati *secundum propositum ejus, προορισθέντες κατὰ
πρόθεσιν*, quæ omnia efficit ex consilio Voluntatis suæ *v. 11. κατὰ
τὴν βούλην τῆς θελήματὸς αὐτῆς.* Electi sumus secundum præscien-
tiam *κατὰ προγνωσιν Dei Patris 1. Pet. 1. v. 1, 2* Deus elegit nos in
sanctificatione Spiritus, & fide veritatis *II. Thess. 1. v. 13.* Huc
referri solent, nec non facere videntur dicta, locutiones & phrasæ
ἰσοδυναμοῦσαι: constitui in acquisitionem salutis *I. Thess. V. v. 9.*
Scriptum inveniri in libro vitæ *Exod. 32. v. 32. Psal. 69. v. 29. Dan.
12. v. 1. Phil. 4. Apocal. 17.* in manibus Dei descriptum esse *Es. 4. v. 3.*
nomina in caelis abscripta esse *Luc. 10. v. 20.* ordinatum esse ad vi-
tam æternam *Act. 13. v. 48.* vocatum esse ex proposito Dei *1. Tim.
1. v. 9.* De quibus tamen quid singulatim aut in specie observare
convenit, infra suo loco monebimus.

Th. XIII. Ac primò quidem *præscientia Dei, προγνωσις*, o-
mnino distinguenda est à reliquis, à *beneplacito*, à *decreto Dei*, & à
Prædestinatione. Nam ea & præcisè seu formaliter est actus In-
tellectus, non Voluntatis, & in signo rationis prior est, latiorque,

Præscien-
tia

B

exten-

extendens se ad intelligibilia, ad omnia objecta externa, etiam ad ea, quæ Deus non vult, non discernit, non præordinat, ut fiant. Rectè monet, docetque Liber Concordiæ in Epitome Articulorum controversorum, nec non in solida eorundem declaratione Articulo XI. *Initiò discrimen inter eternam præscientiam, & inter Electionem eternam filiorum Dei ad eternam salutem accuratè observandum est. Præscientia enim vel prævisio Dei, qua ille omnia, antequam fiant, prævidet & præscit, ad omnes creaturas, tam malas quàm bonas extenditur. Hac enim vel prævisione, vel præscientiâ Dominus ante novit videtq̄, quicquid est, vel aliquando futurum est: quicquid jã fit, vel aliquando continget: sive id bonũ sit, sive malũ, quia Deũ neq̄ præterita, neq̄ futura latent: sed omnia ipsi sunt manifesta & presentia.* Sic enim scriptum est: nonne duo passeres esse videntur, & unus ex illis non cadit super terram sine Patre vestro. Et Psaltes canit: Imperfectum meum viderunt oculi, & in libro tuo omnes scripti erant dies, qui futuri erant, antequam essent. Et Esaias ait: Habitationem tuam & egressum tuum, & introitum tuum cognovi, & insaniam tuam contra me. Adde, quod etiam specialissima illa præscientia Dei circa Electos, qua Deus suos, sanctos, & fideles, dicitur prænosse, seu novisse, de se ac formaliter sit actus mentis divinæ, quo eos gratiosissimo adpectu intuetur, ut peccatores quidem, sed ut à Christo reconciliatos, per fidem Christo insitos, & perseveranter credituros, uti paullo post ordine audiemus.

Matth. X.

Psal. 139.

Esa. 37.

Th. XIV. Errant hîc Calviniani non parum, non unis modis. Joh. Piscator Herbornensis Calvinista, non veretur vocabula, *præscivit, & præscientia, προέγνω, προέγνωσις* ita pervertere, ut primarias quoque proprias & Formales eorum significationes immutare, & à genuino sensu in alienum detorquere conetur. Disputat de Prædestinatione adversus Nicolaum Hemmingium & verbum, *προέγνω*, vertit *prædecrevit*, quasi Apostolus Rom. 8. v. 29. loquens: ὅς προέγνω ἡμᾶς ἐν προέγνωσι. id velit, dicatve, quos *prædecrevit*. Perversa verbi, *προέγνω*, interpretatio. Perperam ille supprimit vim verbi *προγνωσκείν*, quæ consistit in *præsciendo, præcognoscendo*, quam insuper temerè expungit. Quo errore seu vitio imbutus Georgius Pasor in suo in N. T. Lexico scribit:

προέγνω
quid significet
Rom. 8. v.
29.

bit: *πρόγνω*, est *ante decrevit, prædecrevit, & πρόγνωσις ante-de-*
cretum. Ad eundem ferè modum Piscator in Notis & Scholijs
 sup. Epist. ad Rom. ad cap. 8. v. 29. Sic commentatur: *πρόγνω*
 i.e. *sibi proposuit saluos facere*. Etenim ex coherentia sententiarum
 planum evadit, idem hìc significari verbo *προγνώσκειν*, quod modò
 fuit significatum nomine *πρόγνωσης*. Sic infra cap. 11. 12. non repulit
 Deus populum suum, *ὃν πρόγνω*, quem præcognovit. Similiter
πρόγνωσις Dei significat aeternum ejus decretum. Act. 2. v. 23. ubi Chri-
 stus dicitur deditus fuisse Judæis definito consilio *& προγνώσει Dei*.
 Item 1. Pet. 1. v. 20. ubi Christus dicitur *προεγνωσμένον* ante jacta
 fundamenta mundi, i.e. *decretum*, ut mitteretur in mundum: ut li-
 quet ex antithesi, qua dicitur patefactus esse ultimis temporibus. Hæc
 Piscator. Ubi rursus temerè negligitur prima vocis, *προγνώσκειν*,
 significatio, nec ipsa loca sine omni errore seu prava Interpreta-
 tione adducuntur. Falsum est, quod ibi *πρόγνωσις* idem significet
 ac *πρόθεσις*, uti suo loco demonstratur. Palam ibi distinguun-
 tur, ut & Act. 2. v. 23. Vanum est, quod de præcognito Christo
 ex 1. Petr. 1. v. 20. adducitur, de præscientiâ sive *προγνώσει* electo-
 rum nunc disquiritur. Vanissimum prorsus est, quod supponunt,
 in significatione vocum *γινώσκειν, προγνώσκειν*, aut quod *ασύλον*
 sive *κρησφύγετον* ibi quærunt.

Th. XV. Quanquam enim verbum *γινώσκω* ab exoticis Scri-
 toribus interdum ita usurpetur, ut idem sit ac *statuo, decerno*, quam
 in rem exempla prostant in thesauro Heinrichi Stephani, & alias ad-
 duci solent, utpote ex Prometheo Luciani, *ἀδίκᾳ ἔγνωκε πρὸς ἐ-*
μὲν ὁ Ζεὺς, Injusta in me decrevit Jupiter. Quale & illud est, apud *γινώσκω*
 Thucydidem lib. III. cum ait, *ὠμὸν τὸ βέλδμα, καὶ μέγα* quomodo
ἔγνωσθαι, id est, crudum consilium, & magnum decretum. Item a-
 pud Lucianum in illo, *ἔγνωσμένον ὅτι σέλλεσθαι, Decretum est, in probatis*
ut mittantur. Nam passivum sæpius ita significat. Sic apud e-
 undem Lucianum, *Στέργειν ὅτι δίκαιον τοῖς ἔγνωσμένοις, Æ-*
quum est acquiescere decretis; id tamen causæ nostræ nihil officit,
 cum partim aliter comparatum sit cum verbo, *προγνώσκειν*, &
 nomine, *πρόγνωσις*, de quorum significatione genuinâ unicè
 nunc controversatur, partim ne illud *γινώσκω*, in eo sensu usurpa-
 tum

tum, notitiam sive cognitionem aut scientiam excludat, sed potius in-
 cludat, & primò semper significet, ut sensus sit, ex cer-
 tã notitia sive cognoscendo aut considerando constituere ali-
 quid, prudenter & attentã consideratione aliquid decernere. Nolo
 hîc operosius scrutari, num verbum γνώσκω in sacris literis, in
 versione V. Test. aut in Apocryphis, eo sensu unquam u-
 surpetur, ut significet statuo, decerno, quod magni nominis autor
 negat, & Calvinianis opponit. Nonnulla enim obstare viden-
 tur loca, quæ vel dubiam saltem hanc causam reddere possent,
 verbi gratiã: Esa. 45. v. 20. Inquit Dominus: annunciate, venite,
 וְעִיְיָ נִפְּ וְ־נִפְּ & consiliamini, Græcus interpres habet, ἵνα γνώσκω ἄ-
 μα, ut simul deliberent, sive consilium ineant, decernant. Sic dispen-
 sator ille iniquus Luc. 16. v. 4. ait. ἐγὼν τὶ ποιήσω, Constitui, De-
 crevi, Quid acturus sim. Etsi enim per Novi, vel Scio reddere vel-
 lemus, sensus tamen hîc rediret, Constitui mecum, sive Decrevi.
 Certè verbum illud γνώσκειν considerandi significationem sæpius ha-
 bet. ut Jud. 18. v. 14. γνώτε τὶ ποιήσετε, scitote, considerate, quid
 faciatis Hebr. וְעִיְיָ נִפְּ לִי לְעֵינֶיךָ Lutherus. Nun möget Jhr den-
 cken / was Euch zu thun ist: Similiter 2. Sam. 24. v. 13. νῦν γνώθι
 καὶ ἰδε &c. nunc cognosce, & vide, h. e. considera (sive decerne, delibe-
 ra) quale verbum respondeam ci, qui me misit. Lutherus So mer-
 cke nun vnd sibe / was Ich wieder sagen soll. Item 1. Reg. 20. v. 22.
 καὶ γνώθι, καὶ ἰδε τὶ ποιήσεις, scito & vide, quid facias, hoc est, per-
 pende ac circumspice, quid facturus sis. Luther. Merck vnd sibe / was
 du thust. Qualis loquēdi modus passim occurrit in scriptis sacris, ut
 pote: 1. Sam. 24. v. 11. Jerem. 2. v. 19. 2. Sam. 12. v. 17. c. 13. 40. c.
 23. 22. Jer. 5. 1. 1. Reg. 20. v. 7. 2. Reg. 5. v. 7. &c. Missis, inquam,
 illis, quæ fortean non-nemini negotium facessere possent, illud
 saltem nunc exinde notamus, quod in Sacris literis γνώσκειν
 πρὸ γνώσκειν, γνώσις, πρὸ γνώσις, nunquam exuant planè suam
 primitivam significationem, quæ est nosse, prænosse, præscire, noti-
 tia, præcognitio, præscientia, quanquam ea conjuncta cum alijs non
 rarò fit, indeq; practica scientia vocatur, uti ex locis supra citatis
 manifestò videre licet, nec in contrarium hactenus ullum exem-
 plum.

plū profertur potuit, ut ut opinioni ei faveat quoq; λέξιον ἑλλογῶν
 ἑρμηνῶν variorum authorum Basiliense. Ipse Henricus Ste-
 phanus *ἡμεῖς τὸ πρὸ γινώσκω*, *Crediderim*, inquit, *posse etiam exponi*,
præscientiâ suâ sibi delegit, τὸ delegit quidem immiscuit, sed præscienti-
am non ausus fuit excludere. Nec ausus fuit Beza, qui τὸς προέγνω
 verit, quos præscivit *Rom. 8. v. 29. Rom. 11. v. 2. κατὰ πρόγνωσιν* ex
 prænotione, itē ex præcognitione, quomodo habent, nisi fallor, e-
 ditiones ultimæ, ut videatur rejecisse, quomodo aliquândo verterat,
 & in Animadversionibus suis Majoribus (in ijs enim ista versio in-
 venit) exposuerat, *ex præstituto. 1. Pet. 1. v. 2. Vel*, inquit, *ex*
antegresso decreto seu scito Dei. Et quid multis? Observetur modò,
 quod scriptura S. voces *προγνώσκω*, *πρόγνωσις*, uti aliàs, sic et-
 iam in præsentī materia clare discernat à proposito definito, consilio,
 sive decreto Dei, easq; adeò nō rarò cū verbo *προεἶδεν* commutet
 conjungatq; utpote *Act. 2. v. 23. 31.* Christum definito consilio &
προγνώσει præscientiâ Dei, traditum interemistis. Ubi sanè
ἡμεῖς μὲν ἑλληνικῶς καὶ πρόγνωσις, distinguuntur. Item Spiritus
 S. *προεὶδὼν* resurrectionem Christi prædixit eam per
 Davidem *v. 31. Sic Gal. 3. v. 8. Scriptura προεὶδῶσα* Justifi-
 cationem gratuitam prænunciavit Abrahamo salutem in semine
 benedicto. Sic actum intellectus significat *Act. 26. v. 5. Judæi sci-*
unt vitam meam, inquit Paulus, *προγνώσκοντες* præscientes
 me ab initio. Sic *2. Pet. 3. v. 17. Vos præscientes προγνώσκοντες*
 hoc custodimini ab istis quadruplatoribus. &c. Unde manifestò
 patet error Piscatoris, quando ex locis supra citatis probare cona-
 tur *πρόγνωσιν* ibi denotare decretum, non præscientiam.

Th. XVI. Porrò Calvinus non quidem prorsus expungere
 audeat voces, *præscivit, prænovit, præscientia*, ita tamen eas detor-
 quet, ut in peregrinum prorsus, alienumq; transformet sensum:
 prænoscenti vocabulum simpliciter pro verbo *eligendi* accipere
 mavult. Quâ, inquit, *præcognitione non nudam præscientiam intel-*
ligit (ut stultè fingunt quidam imperiti) sed adoptionem, quâ Deus fi-
lios suos à reprobis semper discrevit. Ita ille verbum, *præscivit*, cci-
 pit, pro *elegit, adoptavit.* Quæ est manifestissima verbi deprava-

tio, & Tautologicum sermonem facit, disputatione Apostolicâ indignum. Quo sensu usurpetur quoq; Rom. XI. v. 2. *Hic rursus*, scribit Calvinus, *notandum est, præcognoscendi verbo non intelligi speculationem, nescio quam, quâ præsciverit Deus, qualis quisq; futurus esset, sed Beneplacitum, quo sibi delegit in filios.* Ita scilicet, Calvinus præscientia est beneplacitum, ut deinceps ex quovis fiat, quodvis, contra quam sensere hæctenus omnes mortales. Sic Apostolus Petrus in *Epist. 1. cap. 1.* scribat, fideles esse Electos secundum prænotionem Dei Patris, h. e. *secundum propositum Dei.* Similiter Piscator Volum. 3. disput. loco 34. $\pi\rho\acute{\omicron}\gamma\nu\omega\sigma\iota\nu$ ponit ceu æquipollens *Prædestinationis.* Rom. 8. v. 29. *cap. 11. v. 2.* & passim alibi, illa verba interpretantur per *elegit, præfinit, prædestinavit.* Pærus in comment. sup. Epist. ad Rom. $\pi\rho\acute{\omicron}\epsilon\gamma\nu\omega$ Hebraïsmo significat, quos ab æterno ex prædictâ massâ humanâ misericorditer in Christo pro suis *cognovit, dilexit, elegit.* Et rursus, $\delta\varsigma \pi\rho\acute{\omicron}\epsilon\gamma\nu\omega$ quos ante i. e. ab æterno novit, dilexit, & elegit pro suis. Item $\pi\rho\acute{\omicron}\gamma\nu\omega\sigma\iota\varsigma$ hic absolutè dilectionem & electionem æternam significat; Et tandem concludit: $\pi\rho\acute{\omicron}\gamma\nu\omega\sigma\iota\varsigma$ strictè sumitur pro ipsâ *Electiōne* ut h. 1. Quod ipsum latè persequitur, atque inculcat, Marloratus in Expositione Ecclesiasticâ sup. Epist. ad Rom. 8. ex Bezâ scribens: *præscire & prænotasse, ut Apostolus illud hic usurpat, nihil aliud est, quàm Deum suos, jam antequam sint, animo præsumere, etiam tanquam essent, inter suos computare.* Nam ut si quis ex turba aliquâ hominum quosdam animo notet, & designet, quos velit sibi ad rem aliquam peculiariter adhibere: Ita Deus ex perditâ hominum colluvie providet ac prænotat, quos vult, eosq; jam tum ab aliis apud se sejungit, & in sortem sanctorum cooptat, i. e. *prædestinat, præfinit, & seligit.* Hæc illi. Unde palam intelligitur, quomodo confundant $\pi\rho\acute{\omicron}\gamma\nu\omega\sigma\iota\nu$ cum *Electiōne, separatione in sortem sanctorum, cooptatione, prædestinatione.*

Th. XVII. Et hoc primum est, quod hîc de significatione vocum $\pi\rho\acute{\omicron}\gamma\nu\omega\sigma\iota\kappa\epsilon\nu$, $\pi\rho\acute{\omicron}\gamma\nu\omega\sigma\iota\varsigma$, *præscire, prænotasse, præscientia, prænotio sive præcognitio*, contra Calvinianos prænotandum fuit. Magna enim emphasis est in illis vocabulis, quibus notatur ordo & modus *Prædestinationis*, quod nimirum ista non sit *absoluta*, sed sub

sed sub certo Dei intuitu facta. Prævidet Deus quosdam è peccatoribus, à Christo redemptis, reconciliatis, vocatis, *non aspernaturus gratiam vocationis, sicq; per gratiam prævenientem credituros, & in fide perseveraturos.* Quos inde in illo ordine prædestinavit atq; elegit. Objectum hujus præscientiæ seu intuitus divini sunt homines (non Angeli) peccatores miseri, sed à Christo, Salvatore mundi, reconciliati, in gratiam redacti, per fidem Christo insiti, in fide constanter permansuri. *Quos ita præscivit, ὡς ποτέγω, eosdem prædestinavit, & elegit, Rom. 8. v. 29. 1. Pet. 1, v. 2.* uti suo loco, ubi de objecto electionis & prædestinationis agendum, exactius erit, fusius exponetur.

Th. XIIII. Gravissimè omnium errant de præscientia Dei, qui contendunt eam *posteriorem* esse decreto Prædestinationis, sicque ab eo dependere, ut propterea Deus præsciat, seu præcognoscat futura, quia sic præordinaverat, seu prædestinaverat. Quam in rem conceptis verbis scribit, & disertè ait Calvinus *lib. 3. Inst. Theol. cap. 22, §. 6. non alia ratione, quæ futura sunt, prævidet Deus, nisi quia ita, ut fierent, decrevit.* Item §. 7. *Deus præscivit, quem exitum habiturus esset homo, antequam ipsum conderet, & ideò præscivit, quia decreto suo sic ordinârat.* Hoc certè erroneum valde est, nec non blasphemum. Idem tamen passim alij Calvinistæ non verentur inculcare. In malis hæc tria necessariò conjungantur præscientia, Voluntas & decretum item, *Deum nihil scire futurum, quod non decreverit futurum.* Beza in colloq. & respons. 2. ad colloq. Mompelgardense p. 152. &c. Polan. in Syntag. lib. 4. cap. 6. n. 14. p. 770. præscientiam Dei suspendit à decreto Dei, ut omnia Deus ex eo, tanquam ex causa Immutabili, præsciat: *præscientia, inquit, præsupponit decretum voluntatis divinæ, quod ordine præcedit. Nihil enim futurum est, nisi Deus id esse velit. Præscit ergo, quæ vult esse futura: id est, quæ decrevit ut fierent.* Et hoc est, quod non immeritò taxant damnantq; Nostrates. Rectè Dn. D. Hoë in *Summarischen begrieff* fol. 294. fac. 6. edit. Dresd. in fol. *Es unterscheidet die Formula Concordiæ mit fleiß / vnter der vorsehung vnd ewigen Gnadenwahl / also das nicht alles / was Gott vorher vorsehen / Er darumb auch / daß es geschehen soll / verordnet habe.*

stinguitur, ita eadem, *ceu genus*, perperam omnino dividatur in duas species, quæ sint *Electio & Reprobatio*. Rectius docent, mo-
Prædesti- nentque orthodoxi, quod prædestinatio, propriè sic dicta, & se-
natio, tan- cundum tenorem verbi divini *tantum sit in bono, nunquam in malo*:
tum est in gratiæ præparatio est, non iræ: tantum ad vitam est, non ad mor-
bonis. tem. Nimirum *Deus nos constituit non ad iram, sed eis ἐπιπέμειν τῆς σωτηρίας* in acquisitionem salutis per Dominum nostrum *Jesus Christum*. *1. Thess. 5. v. 9.* Deus nos prædestinavit ad laudem glorio-
sæ suæ gratiæ, itemque prædestinati sumus secundum propo-
situm Dei, ut simus in laudem gloriæ ipsius. *Eph. 1. v. 5. 11. 12.* Nefas est dicere Deum aliquid prædestinare, nisi bonum, scribit *S. August. de Prædest. cap. 2.* Item *Prosper ad Gall.* Prædestinatio Dei semper est in bono. Rectè adeò beneque docet liber Concordiæ loco supra citato de Prædestinatione Artic. XI. *Æterna Electio seu Prædestinatio Dei ad salutē, non simul ad bonos & ad malos pertinet, sed tantum ad filios Dei, qui ad æternam vitam consequendam electi, & ordinati sunt, priusquam mundi fundamenta jacerentur, ut Apostolus testatur, inquit: Prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesus Christum in ipsum.*

Th. XXI. Unde D. Hoë verè scribit, disputatque, quod Calvinistæ hîc quoque graviter errent, & contra Librum Concordiæ doceant, statuantque. Denn das Concordienbuch lehret/ die Prædestinatio gehe allein vber die frommen Kinder Gottes/ die Calvinisten rechnen zur Prædestination oder Wahl/ als eine sonderliche Speciem vnd stucck derselbigen / auch die Reprobation vnd verstoffung. *Piscator Volum. 1. loco. 19. 8. 9. Volum. 2. loc. 12. 8. 13. Polanus 122 Partition. p. 37. 38. Ursinus p. 407. Beza vol. 1. fol. 683. &c.* Videamus modò quid hac in causâ eloquantur, sentiantque Calvinistæ. Sic *Piscator Vol. 1. Diss. 19. th. 9.* Prædestinatio duas habet species: scilicet Electionē & Reprobationē, vel (si mavis) præteritionem. *Bucan. in Instit. loc. 36. p. 391.* Quot sunt species hujus Prædestinationis decreti? Duæ. 1. appellatur Electio sive Prædestinatio ad vitam. 2. Reprobatio seu Repudiatio, sive Rejectio, seu Prædestinatio ad mortem, seu Decretum. Alios enim elegit ad vitam æternam, alios verò præterit & reprobat. Sed hæ duæ Prædesti-
nationis

mationis species non minus in fine, quàm in capite, & fine concurrunt. Polanus p. 6. Didascal. Prædestinatio est duplex: Electio & Reprobatio. Idem docet Beza Resp. 2. ad Colloq. Momp. p. 232. Sobnius Tom. 1. p. 216. Tom. 2. p. 1002. Marcus Fridericus Wendelinus l. 1. Christin. Theol. (nuper evulgata) c. 3. p. 118. th. 7. Prædestinatio est Electio vel Reprobatio. Ita scilicet edocti fuerant à Calvino, qui l. 3. Instit. cap. 21. §. 5. audacter scribit, *Prædestinationem, qua Deus alios in spem vitæ adoptat, alios adjudicat eternæ morti, nemo, qui velit pius censeri, simpliciter negare audeat.* Item cap. 23. §. 4. Rursum excipiunt, nonne ad eam, quæ nunc pro damnationis causa obtenditur, corruptionem Dei ordinatione prædestinati antè fuerant? Cum ergo in suâ corruptione pereunt, nihil aliud quàm pœnas luunt ejus calamitatis, in quam ipsius Prædestinatione lapsus est Adam, ac posteros suos præcipites secum traxit. Hinc Heidelbergenses in German. Instit. Calvini Interpretatione Electionem vocant die Gnadenwahl / & Reprobationem die Zornwahl.

Th. XXII. Hæc, inquam, erronea sunt, nec commodè dici possunt. Certè in literis divinis prædestinatio hominum nunquam in malam partem accipitur. Nunquam Deus dicitur prædestinare homines ad mala, ad interitum, vel ad mortem: sed semper ad bona, ad vitam, ad salutem. Quod ipsum agnoscunt etiam nonnulli Calvinistæ, ideò rejiciunt illam Prædestinationis modò notatam divisionem. Zanchius Tom. 1. Miscell. p. 237. Cæterum aliis in locis (scilicet quàm Actor. 4.) non lego usurpatam fuisse hanc vocem à Spiritu S., nisi cum de Electo loquitur. Sicut etiam Rom. 8. ait: *Quos prædestinavit &c.* Et sic usus in scholis obtinuit, ut vox hæc Prædestinatio singularissimè ad ipsos pios seu Sanctos contrahatur, & loco Electionis usurpetur. Sic Augustinus & alij, Prosper, Fulgentius, Honorius, Anselmus, cum definiunt Prædestinationem ad electos eam contrahunt, dicentes: Prædestinatio est præscientia & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicumque liberantur. P. Martyr. in Locis fol. 828. *Reprobatos idcirco à Prædestinatis separo, quod Scriptura homines damnandos nusquam, quod ego sciam, appellat prædestinatos.* Quam sententiam ego, etsi rationem non viderem, tamen sequendam esse arbi-

se arbitraret propter auctoritatem verbi Dei. *Kecker. in System. Theol. p. 296. Destinatio seu Prædestinatio est constitutio finis, & ordinatio mediorum ad finem. Cum ergo æterna damnatio non sit finis hominis, sed tantum extremum, ideò reprobationis genus non propriè prædestinatio constitui potest.* Pugnans enim inter sese, ordinare ad finem, & ordinare ad damnationem. Omnis enim finis suâ naturâ est optimum quid & perfectio rei. Damnatio autem est extremum malum & summa imperfectio &c. Quocirca accuratè loquendo, Prædestinatio & Electio ad vitam æternam æquipollent, nec potest Electio & Reprobatio contineri sub uno genere proximo, quia sunt pugnantia: pugnantium autem genera quidem remota eadem sunt, non autem propinqua. Hæc illi.

Th. X X I I I. Responder Massonius Tom. 4. Anatomia p. 932. cap. 34 Das ist nur ein Wort gezänck. 1. Prædestinare ist an sich selbst Lateinisch; Und also weder auß der Hebraischen noch Griechischen Sprach etwas dawider eingebracht werden: Wie zwar Eccardus cap. 15. q. 1. arg. 1. & 2. Dahin verlauret. 2. Das Wort Prædestinatio wird unterschiedlich jeko in latiore / jeko aber in strictâ significatione genohmen / vnd weil die Electio oder Gnadenwahl / vnd denn die Reprobatio oder verwerffung unterschiedene Species sind: als müssen sie auch ihr genus nothwendig haben / welches dann von ezlichen Prædestinatio gesezet wird. Schlage auff *Calvinum lib. 3. Instit. cap. 21. Beza vol. 1. & 3. Amandum Polanum Syntag. Theol. l. 4. cap. 9. Paræum in cap. 9. Rom. Lucam Trelocatum Instit. l. 2. Keckermannum Syst. Theol. l. 3.* Und andere / die von dieser Materi ex professo geschrieben haben. Höre daneben auch / wie die alte Väter das Wort Prædestinatio generaliter nemen. *Augustinus Tom. 3. Enchiridio ad Laurentium cap. 100. p. 182. Benè utens & malis, tanquam summè bonus, ad eorum damnationem, quos justè prædestinavit ad pœnam, & ad eorum salutem, quos benigne prædestinavit ad gratiam. Et 5. Tom. lib. 15. de Civit. Dei cap. 1. Genus humanum in duo genera distribuimus, unum eorum, qui secundum hominem, alterum eorum, qui secundum Deum vivunt. Quas etiam mysticè appellamus duas civitates i. e. duas hominum societates, quarum una prædestinata est in æternum regnare cum Deo, altera v. æternum subire supplicium cum Diabolo. Et*

bolo. Et Tom. 9. tractat. 48. in Johan. p. 239. quomodo ergo istis dixit: non estis ex ovibus meis? quia videbat eos ad sempiternum interitum predestinatos; non ad vitam aeternam sui sanguinis pretio comparatos. Tract. III. in Job. mundus ille damnationi predestinatus merito non cognovit. Isidorus de Summo bono lib. 2. c. 6. f. 86. editionis Venetæ Anno 1483. seu f. 30. edit. Basiliensis Lampartenvianæ Anno 1505. Gemina est Predestinatio: sive electorum ad requiem, sive reprobatorum ad mortem. Fulgentius ad Monimum l. I. cap. 27. p. 61. edit. Basil. Henrici petrinæ in octavo Anni 1587. Iniqui predestinati sunt ad secundam animæ mortem, i. e. ad Stagnum ignis & sulphuris. Concilium Valentinum celebratum tempore Lotharij Imperatoris Anno 855. c. 3. Fidenter fatemur Predestinationem ad vitam, & Predestinationem impiorum ad mortem.

Th. XXIV. Ista verò dicta intelligenda rectius sunt, ne finire accipiantur, & in sensum Calvinisticum trahantur. Autores illi & S. Patres loquuntur *de pœnis*, de supplicijs, de malo pœnæ, non *de peccatis*, non de flagitijs, aut malo culpæ, loquuntur *de ipsâ morte & interitu*, non de causâ mortis, sive interitus, non de medijs damnationis: loquuntur de justissimo Dei judicio, quo propter antecedentia scelera rejicit sive præterit malos, eosque ob finalem impœnitentiam atque incredulitatem excludere constituit è regno cœlorum: non *de absolutâ quadam predestinatione*, qualem Calvinistæ comminiscuntur: non dicunt illi, Deum præstinâsse malos *ad causas damnationis*, uti adversarij nostri pronunciare non verentur. Nequaquam igitur illi citati autores perversis Calvinistarum dogmatibus patrocinantur, à quibus toti abhorrent, passimque improbant, rejiciunt, damnant. Audiatur modò, quid *Fulgentius lib. 1. ad Monimum*, quem Massonius supra citaverat, & laudat *Job. Crocius in defensione secundæ partis conversat. Pruten. adversus Menzerum cap. 8. p. 265.* hanc in rem scribit:

Fulgentius

Num quid sicut rectè dicimus, ad hoc predestinatos sanctos, ut Deo in ijs etsi non misericorditer, saltem justè operante ex bonis fierent mali, aut ex injustis fierent justi: sic quoque predestinatos iniquos, ut ex bonis fierent mali & injusti? Absit hoc à nobis atque ab omnibus Christianis, ut causam cujuslibet peccati quisquam deputare divinæ

re divinæ audeat æquitati, cum nec malitiæ, nec impietatis cujusquam causa esse possit, nisi in eo, qui malus atque impius fuerit, p. 50, 51, 52, & 33. ubi ait: Nunquam igitur Deus hominem ad hoc potuit prædestinare, quod ipse disposuerat, & præcepto prohibere, & misericordiâ diluere & justitiâ punire. Tandem totam hanc causam elegantissimis pariter, & gravissimis, emphaticisque verbis p. 59. concludit: Ecce! ad quod Dominus iniquos & impios prædestinavit, i. e. ad supplicium justum, non ad aliquod opus injustum, ad pœnam, non ad culpam: ad punitionem, non ad transgressionem: ad interitum, quem ira justi Judicis peccantibus reddidit, non ad peccatum, quo in se iram Dei peccantium iniquitas provocavit. Hæc vera, genuina, & constans sanctorum Patrum, & Orthodoxorum Doctorum sententia est.

Th. XXV. At verò longè aliud, longè secius hîc tradunt Calvinistæ, qui Prædestinationem malorum non de pœnis & fine duntaxat intelligunt, sed quoq; *de causis pœnarum, de mediis damnationis*, quæ sunt peccata & omnivaria flagitia. Advertas modò, quid statuunt illi, & quomodo de Prædestinatione ad mala loquantur. *Calvinus lib. 3. Instit. cap. 23.* & alibi passim omnia simpliciter sic suspendit *ab absoluto Dei decreto, & à solo Dei beneplacito*, ut primò inde procedant omnia mala, peccata. Præordinatos esse homines in eam corruptionem, *quæ reprobationis causa obtenditur, & in quam Dei prædestinatione lapsus est Adam. S. 4. ibid. Zanchius l. 5. de Naturâ Dei cap. 2. q. 2. fol. 583. seqq.* prolixè disputat, quosdam esse reprobatos non ex prævisis eorum peccatis, sed tantum ex beneplacito voluntatis divinæ: reprobationem consequi denegationē & privationē gratiæ, hanc peccata, peccata pœnas peccatorū, *atq; ad hæc omnia præordinasse Deū reprobos ab omni æternitate.* Sic Beza vol. I. oper. p. 417, audacter ait: *Deum non tantum ad damnationem, sed etiam ad causas damnationis quosdam prædestinasse. Job. Piscator in Comment. sup. Epist. ad Rom. cap. 2. commentatur, Deum prædinasse quosdam ad exitium, non propter ipsorum offensas, sed ex odio libero.* Item in responsione ad collat. Vorstij part. 2. contendit Deum quosdam *absolutè hîc destinasse,*

nāsse, ne credant in Christum. Item Vol. 2. Disp. loc. 12. & alibi passim contendit, Deum ex *absoluto jure* prædestinasse reprobos ad media damnationis, ad peccata, ad Incredulitatem, *id quod communiter adstruere conantur ex Act. 4. v. 28. nec non cap. 2. ibid. quasi Judæi à Deo prædestinati fuerint ad mala & scelera, quæ ad versus Christum perpetraverint.* Hæc est illa Prædestinatio, ne erres Massoni, de quâ nunc litigamus. Talem omninò improbamus, & execrantur omnes pij.

Th. XXVI. Quæ sanè contentio, non est de nihilo, non de verbis tantum, non *λογόμαχία* vana est, *Es ist kein wort gezānd / ut Massonius leviter causatur, sed gravissima controversia, quæ bonitatem, sanctitatem, justitiam, gloriamq; Dei concernit. Quod ut intelligas exactius, attende rectius vim sive proprietatem vocis, Prædestinare, Prædestinatio.* Quæ vocabula non significant aliquid dirigere in finē, aut modū, metamq; cōstituere, ut Massoni9 part. 1. Anatom. Universi, cap. 32. p. 1126. causatur: *So heist nu/inquit, verordnē/etwas das geschehen soll/ zu einen gewissen brauch/ Ende/ vnd ziel/in gewisser maß vnd gestalt ordnen / bestimmen vnd richten.* Hæc, inquam, vis vocis non est, nec ita hoc loco accipiuntur. Destino est assigno, deputo, constituo, definio, ordino, & ita quasi stare facio, ut Grammatici notant. Unde prædestinare est præfinire, præordinare aliquid, antequam id agas. Item Prædestinatio est præfinitio, præordinatio. Græcis dicitur *προορισμός*. Quæ vox valdè emphatica est, denotans & finem & media. *ὄρ* enim terminus est, sive finis. *προορισμός* itaque est præfinitio termini seu finis, ita ut & media constituantur atque præordinentur, quæ ad finem deducant, per quæ finis procuretur, acquiratur, adeoq; ex prædestinationis decreto fiant mala & peccata. Hic sensus, hæc mens Calvinistarum est, *Deum ex absoluto decreto homines destinare ad peccata, ut necessariò peccent, Deum operari Impios ad peccata, reprobos efficaciter & præcisè prædestinari, ut peccent, Impiè vivant, rebellent &c.* ut imox infra fusius ostendetur. Ita scilicet qui statuunt, Deum in hoc sensu proprio ad mala, ad mortem, sive damnationem prædestinare homines adeò ut etiam eò constituat, *præordinet, & disponat media malorum, & damnationis, qualia sunt omnis generis*

Prædestinatio quid

generis peccata, scelera flagitia, Illi profectò Deum faciunt primam & supremam causam omnium peccatorum. Quod nefandum dictu est, & abominandum facinus, horrenda blasphemia. Et hoc grande illud crimen est, quod h. l. in Calvinistarum Prædestinatione notamus. Quod ut eò fortius repellamus, statuamus oportet, Deum propriè non prædestinare homines ad mala. Verè scribit, graviterq; monet *S. Augustinus de Prædestinatione Dei cap. 2.* In primis nefas est dicere, Deum aliquid nisi bonum prædestinare, *ad articul. sibi falsò impositos artic. l. 11.* nihil talium negotiorum (quod patres incestant filias, servi occidunt, Dominos &c.) Deus prædestinavit, ut fieret, nec illam animam turpiter, nequiterque facturam ad hoc, ut taliter viveret, præparavit, sed talem futuram non ignoravit, & de tali se justè judicaturum esse præscivit, atq; ita ad Prædestinationem ejus nihil amplius referri potest, nisi quod, aut ad debitam justitiæ retributionem, aut ad indebitam pertinet gratiæ largitatem, *articul. 12.* Nullo modo Prædestinatio facit, ut aliqui ex filiis Dei sint filij Diaboli, aut ex templo Spiritus Sanctus, templum fiunt Dæmonum. Et ex membris Christi, membra meretricis, Sed potius Prædestinatio facit, ut ex filiis Diaboli fiant filij Dei, ex templo Dæmonum, templum Spiritus Sancti, & ex membris meretricis, membra Christi &c. *Prædestinatio multis est causa standi, nemini causa labendi. artic. 14.* ad prævaricationem legis, ad neglectum religionis, ad corruptelam disciplinæ, ad desertionem fidei, ad perpetrationem qualiscunque peccati nulla est omninò Prædestinatio Dei. *lib. 6. hypognost.* Mala Deus tantum præscit, & non prædestinat, bona verò præscit & prædestinat &c. quosdam (reprobos sc.) Deus ideo punit, quia, quid essent futuri, præscivit, non tamen ipse fecit puniendos, vel prædestinavit. *Prosper in respons. ad Gall.* Prædestinatio Dei semper in bono est &c. Nullo modo Prædestinatio Dei iniquos facit. *Fulgent. lib. 1. ad Monim. p. 42.* quem locum & Joh. Crocius laudat, ut supra vidimus, *ad voluntatem malam Deus hominem non prædestinavit, quia homini eam daturus non fuit. p. 45.* Non enim aliquid inordinatum Deus fecit, nec aliquid inordinatum fieri prædestinavit. *p. 48.* In his, qui putantur prædestinati, non ad luenda supplicia, sed

cia, sed ad perpetranda peccata, cum causa Prædestinationis quaeritur, non invenio, quid respondere posset, quisquis hancasserere, meditetur. *Nec Deus prædestinavit iniquos, ut fierent mali & impij, uti verba superius citata sunt. Non sicut prædestinavit Deus sanctos ad justitiam accipiendam: sic prædestinavit iniquos ad eandem justitiam amittendam &c.* Si dixerimus hominem à Deo prædestinatum ad opus aliquod malum, nos Deo misericordiam tale quid, quod absit, opus ascribimus, ubi nec misericors, nec justus inveniri possit &c. *Nunquam Deus hominem ad hoc potuit prædestinare, quod ipse disposuit, & præcepto prohibere, & misericordiam diluere, & justitiam punire.* Et hæc ira se omnino habent.

Th. XXVII. Quocirca satius omnino est, atque religiosum penitus, *Prædestinationem non nisi de bonis, in bonis, & ad bona intelligere*, ne Deus ex absoluto beneplaciti sui decreto prædestinare, statuatur, aut præordinare media & causas malorum. Errant enormiter Calvinistæ, quando prædestinationem malorum ex absoluto Dei beneplacito derivant, secundum quod Deus omnia operatur, ex Immutabili decreto, consilio, proposito, in quæ & causas executionis disponat, indeque dependeat, uti Prædestinationem, ejusque decretum describere solent. Errant, quando illam descriptam prædestinationem faciunt *genus commune*, quod adeo communiter conveniat, tam reprobationi quam electioni, ceu suis speciebus. Vanissimum est, quod Massonius tom. 4. Anatom. p. 982. obvertit: *Weil die Electio oder Gnadenwahl / vnd denn die reprobatio oder verwerffung unterschiedene species sind / als müssen Sie auch ihr genus nothwendig haben.* At hoc quodnam sit, aut quale quaeritur. Non sequitur inde, quod prædestinatio protinus illarum genus sit. Id quod nec Massonius ipse ausus fuit ita concludere.

Th. XXVIII. Fallit Massonius, quando tom. 1. Anatom. Univ. p. 1137. scribit: *Wir brauchen das wort / (verordnen) in diesen handel / wie die Schrift / D. Luther vnd die Lutheraner selbst zugebrauchen pflegen.* Fallit inquit, Massonius & iniquè criminatur. Nusquam S. Scriptura ita loquitur de prædestinatione malorum & peccatorum, Nec ita Lutherus, vel ulli Lutherani.

D

De

De pænis, & moderatione malorum illi loquuntur, non de præde-
stinatione peccatorum.

Act. 4.

Th. XXIX. De sensu sacrarum literarum supra dictum est, quod in illo prædestinatio non nisi de bonis & in bonis usurpetur. Perversè citatur dictum Act. 4. v. 28. Non enim ibi dicitur, quod Herodes & Pilatus fuerint prædestinati à Deo ad scelera perpetranda, sed *de opere Domini* dicitur, quod illud fuerit prædestinatum, ut in crucifixione Christi fieret, illud, quod Dominus voluerit, atq; intenderit, nempe salutare redemptionis opus perficeretur, uti & Petrus Martyr in *Locis* ea verba refert ad mortem Christi, & humani generis Redemptionem. Rectè scribit Leo *serm. 16. super verba Lucae Act. 4.* Quæ manus tua & consilium tuum decreverunt fieri. *Namquid, inquit, iniquitas persequentium Christum ex Dei est orta consilio? & illud facinus, quod omni majas est crimine, manus divinæ præparationis armavit? Non hoc planè de summa justitia sentiendum est: quia multum diversum multumq; contrarium est id, quod in Judæorum malignitate, præcognitum, & quod in Christi est passione dispositum. Non inde processit voluntas interficiendi, unde moriendi; nec de uno extitit spiritu atrocitas sceleris, & tolerantia Redemptionis. Non enim impias furentium manus immisit in se Dominus, sed admisit; nec præsciendo, quod faciendum esset coegit, ut fieret, cum tamen ad hoc carnem suscepisset, ut fieret. Item paulò post: Quod itaq; Dominus Jesus Christus furorem frementium pati voluit, in nullo auctor eorum criminum fuit, nec egit, ut hæc vellent, sed cessit, ut possent; & sic usus est occæcata plebis insaniâ, quomodo & perfidiâ traditoris, quem ab immanitate concepti sceleris, & beneficiis est revocare dignatus & verbis, assumendo in discipulum, provebendo in Apostolum, movendo signis, consecrando mysteriis, ut cui nihil benevolentia deesset ad correctionem, nihil occasionis superesset ad crimen. Hæc probè ponderet Massonius, ac insimul despiciat cautius, ne prodatur turpiter opiniones Calvinistarum de prædestinatione malorum. Ex perversa hujus loci citatione arguantur suorum criminum, quod reprobos prædestinari statuunt ad scelera, flagitia, &c. Quæ de re in seqq. contra Joh. Crocium fusius agetur.*

Th. XXX. Coeterum B. Luthero injuriam facit Massonius, quia ille in loco citato non loquitur de præordinatione peccatorum, ut

rum, ut fiant, sed de ordinatione malorum, non præcisè de peccatis
aut malis culpæ, sed de pœnis, calamitatibus, damnis, eorumque
moderatione, directione, inhibitione. Idem observandum est
in reliquis, quæ ex lib. Concord. ex Paulo Laurentio, ex Württen-
bergicis, ex Lobechio, ex Mamphrasio, nec non ex Meisnero pro-
ducit. Qui omnes autores nequaquam loquuntur de prædesti-
natione hominum ad peccata, sed de moderatione & directione
malorum. Considerentur modò rectius eorum verba, quæ à
Massonio adducuntur: In der formula Concordiæ stehet: Die
fürsèhung Gottes ordnet das böse vnd steckt ihm das ziel f. 250. Quâ
conscientiâ hæc citet Massonius, viderit ipse: Integra verba sic
habet: *præscientia Dei ad malos & bonos pertinet, sed interim non
est causa mali, neq; est causa peccati, quæ hominem ad scelus impellat.
Peccatum enim ex Diabolo est &c. Sed præscientia Dei disponit malum,
& metas illi constituit quousq; progredi, & quam diu durare debeat, &c.*
Hæc omninò vera sunt. pergit Masson. Item was der verkehr-
te vnd böse wille des Teuffels vnd der Menschen fürnemen / vnd
thun werde vnd wolle / das stehet vnd weiß Gott alles zuvor / vnd
helt seine præscientia, das ist / vorsehung auch in den bösen händeln
oder Wercken ihre ordnung / das von Gott den bösen / welches Gott
nicht wil / sein ziel vnd maß gesezet wird / wie fern es gehen / vnd wie
lang es weren solle: Wann vnd wie es hindern vnd straffen wolle /
welches doch alles Gott der H. E. X. also regieret / das es zu seines
Göttlichen Nahmens ehre vnd seiner außersuechten heil gereichen /
vnd gottlosen darob zu schanden werden müssen / f. 319. D. Paulus
Laurentius in 2. Sam. c. 24. Es ist auch in andern plagen also / die
den Menschen zukommen: Da sol man nicht gedenecken / daß Sie ei-
gentliche (plagen NB.) von bösen Menschen / oder von Teuffel her-
kommen: sondern Gott brauchet die bösen / (affligentes) NB. als
ein mittel / dadurch er straffet / vnd stecket ein ziel / oder gebeut / wie
lange vnd wie viel der Teuffel vnd böse Menschen wüten sollen.
Mercke (der plagen) ein Mittel / welches doch Meisnerus Sob. Phil.
sect. 4. c. 3 quæst. Verneinet (perversè agit Masson. non in plagis
aut afflictionibus id negat Meisner. sed in peccatis.) Vnd exem-
pel Gärtner einführet? Die sich aber nicht zur gegenwertigen sache
reynen. Doch nach dem Er die Difficultät vermercket: als
schleusst

schleuffet er p. 1049. Peccatum non per se est medium, sed *gratia*
& sapientiâ divinâ, aq; sic per accidens fit medium faciens ad
gloriâ divinâ illustrationem. (Ubiq; mala fide agit Massonius,
Sermo ibi est, de peccatis jam factis, quæ diriguntur in eventum bo-
num, pijsq; salutarem, non de perpetrands peccatis. Ita res patet
in subseq.) Item die Würtemberger in widerlegung des Staffor-
tischen Buchs p. 732. Wenn was böses geschicht / so wircket **GOTT**
determinativè mit / das ist / er setzt dem bösen ein ziel wie weit es
gehen / vnd wie lang es weren soll / vnd verordnet auch / worzu es gut
sein soll. Item D. David Lobeckius disp. 21. de causa peccati: De-
us mala dirigit, metas certas præfigit, moderatur, determinat.
th. 16. Item th. 30. Aliter Deus bonas actiones, quæ ipsi placent,
& aliter malas, quæ displicent, ordinat, gubernat & disponit. I-
tem Thes. 33. Item D. Mamphrasius in der andern Predigt von
verstockung der gottlosen p. 35. 36. Gott ist sonderlich auff dreyer-
ley weise bey den bösen wercken der Sünden. 1. ratione sustentatio-
nis. 2. ratione motus & actionis. 3. ratione finium. Was an-
langet das ende thut Gott zwey ding. 1. stecket er ein maß vnd ziel
den bösen Wercken der gottlosen / Job. 1. Wie weit vnd wie lang
Sie es treiben sollen. 2. Wendet vnd brauchet er ihre böse Werck
zu einem guten ende. Item D. Balthasar Meisnerus de causa pecca-
ti, thes 107, Gott ordnet das böse zu einem guten ende. Hæc Mas-
sonius citat. Sed omnia militant contra ipsum. Videlicet
notanter loquuntur de moderatione & ordinatione malorum in
bonum finem, nequaquam de prædestinatione peccatorum, ut &
ipsa ex Dei decreto fiant. Quod crimen nunc Calvinistis non
immeritò imputatur. Sed plura hanc in rem dicenda erunt in
subsequent. dissertation. præsertim cum *Johannes Crocius in defen-
sione secundæ partis conversationis Prutenicæ cap. 8. advers. Doctorem
Menzerum* hanc causam supra modum insolenter & superciliosè
tractet, & perversissima quæq; hujuscemodi Calvinistarum dogma-
ta in crustare ac fucare conetur. Hæc sunt, quæ hac vice
in præsens de terminis, *præscientiâ, & de Prædestinatione,*
fidelium præmonenda duximus.

Soli Deo gloria in secula seculorum.

05 A 449

ULB Halle


3


004 208 986



VD 17







EXERCITATIO THEOLOGICA
De
PRÆSCIENTIA,
ET PRÆDESTINA-
tione fidelium

PRIMA,
Calvinianis opposita,

PRÆSIDE
JOHANNE SCHARFIO, THEOL.
Doctore P. P. & p. t. Colleg. Philosoph.
DECANO,

Respondente,
M. ADOLPHO JOHANNE LANGERMANNO,
Hagâ - Schaumburgico,
placide ventilationi

exposita,
In auditorio Colleg. Veteris,
Ad diem 9. Februar. horis matutinis.

✂[†]✂

WITTEBERGÆ,
Ex Officinâ typographicâ JOHANNIS HAKEN.

ANNO M.DC.XLIIX.